



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

polim. Sed hæc postea. Interim verò Hermannò Sueuorū ducerebus humanis excedente, Ludolphus regis filius, rex & ipse à patre constitutus, cum vxore Hermannī filia, dominatum subijt Sueuorum: Ità potentia regis, dissonante Deo, vbiq; est adaucta.

## CAPVT XXVI.

**Q**uo tempore rex Otto tres episcopatus fundauit, vt fidem Christi in Danos atq; ðandalos corroboraret: Slesuici primum: quo in loco pater eius, vt diximus, marchionatum constituit, & Saxonum coloniam. Sed eam rem passus est optimus rex antiquari, sciens robustissimam gentem melius mansuetudine, quàm ferro sub iugo cõtineri. Alterum in Ripa, tum non contemnendo oppido eiusdem prouinciæ Iutarum: qui etiam in hunc vsq; diem in suo loco permansit. Tertium in ðandalis Holsatiæ propinquis, in oppido Aldëburgo, ðandali vocauère Stargard, Dani Brannesiā, quiq; pro sua lingua proprietate: Permansitq; quod in ðandalia diximus, is honor per tempora trium Ottonum: & in morte III. Ottonis disturbata res, diu fluctuârunt: utcunquè tamen etiam tum restituta. Postremò annis LXXX. vacabat ecclesia & Christi fides exulabat: Tum reuocata, permansit vsq; in diem, qua indè in Lubicam nouam vrbem transferretur: quæ omnia plenius in nostra diximus ðandalia. Fertur à nonnullis & in Magnopoli oppido Obotritorum ðandatorum episcopatum constituisse: Sed hoc alij probabilius alijs temporibus & principibus attribuunt: quæ plenius explicuimus in loco memorato.